





DE

VERA SPONSALIORVM PUBLICORVM

EX LEGIBVS PRAECIPVE SAXONICIS

ELECTORALIBVS INDOLE

DISSE R T A T I O I N A V G V R A L I S

Q V A M

P R O L I C E N T I A

S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S

R I T E C A P E S S E N D I

S I N E P R A E S I D E

Q V A E E S T

S E R E N I S S I M I E L E C T O R I S S A X O N I A E G R A T I A

A D D I E M X V I I I M A R T I I M D C C X C I I I

H. L. Q. C.

P U B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S A V G V S T V S S C H L O C K W E R D E R

V I T E B E R G A - S A X O

I V R I S V T R I V S Q V E C A N D I D A T V S .

V I T E B E R G A E

L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I I .

23

338

33

1793 7

DE  
ALIA SPONSATORIUM PARROCGRAM  
EX FREGIBAS PARROCIABE SAXONICIS  
ELECTORALIBAS INDOCT  
DISSESTITATIO INAGARIALIS  
GAVM  
PRO LICENITIA  
SVMMOZ IN ASTRONAE IACRY HOMOREZ  
RITR CAPESSENDI  
SINE PREESIDE  
GAVE RST  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIE GRATIA  
AD DILEM XVIII MARTII MDCCXCVI  
HVE  
HAECIOE DESENDETE  
CVROLAS VAGASTAS SCHOTOCRAMERDER  
VITERBEO - SAXO  
IARIS ATRIASDABE CANDIDATAS  
VITERBEE RGADE  
LITTERIS CUROLI CHRISTIANI DUGELLI

INCLYTAE CIVITATIS VITEBERGENSIS

SENATVI SPLENDIDO AMPLISSIMOQVE

VIRIS SACRERIS

PRAENOBILISSIMIS IVRISCONSVLTISSIMIS ATQVE

PRVDENTISSLIMIS

DOMINIS

CONSVLIBVS

SYNDICO

ET RELIQVIS

SENATORIBVS

PATRIBVS CIVITATIS MERITISSIMIS DOMINIS

SVIS ATQVE PATRONIS

SVMMO OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDIS

HOS INTER

PATRI CARISSIMO

OB INFINITA BENEFICIA

OMNI, QVO PAR EST, OBSEQVIO ET PIETATE AD CINERES

VSQVE COLENDO

INCIVITATE CIVITATIS ALTEBRGENSIS

DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM  
SE

SACRAM OFFERT

TANTIS QVE NOMINIBVS

SE RES SPESQVE SVAS

DEMISSE COMMENDAT

CONSATIBAS

SUNDICO

ET REVERA

SENATORIBAS

PATRIBAS CIVITATIS MARTIIS DOMINI

SVAS AVIAE TATTONIS

SVMMO OPERAVANTIAE QVITA TROGLODANDE

HOS INTRE

PATRI GARISSIMO

ORIGINALIA BURHICIA

ADDICTISSIMVS CVLTOR

OMNI 670 470 EST QVADRATIO ET TERTIATE AD DINERES

CAROLVS AVGUSTVS SCHLOCKWERDER.



## P R A E F A T I O.

 feet in dissertatione, quam de poena furti varia paucis abhinc annis conscripsi, poenas iure Germanico etiam atque Saxonico in fures statutas definire promiserim, et hac ipsa data mihi scribendi occasione promissis stare possem; sunt tamen nonnulla, quae me impediunt, quo minus hoc ipso tempore opus iam coeptum absoluere possim. Desunt enim libri quidam, ex quibus non pauca haurienda, quique merito in consilium sunt vocandi. Hac igitur ductus ratione iam de vera sponsaliorum publicorum ex legibus praecipue Saxonis Elektoribus inde, quantum pro ingenii viribus fieri poterit, pauca differam. Ut autem hoc ipsum argumentum feligerem, illud me potissimum mouit; quod anim-

A 3

aduer-



aduerterem, ICtos tam in interpretandis, ad hanc materiam  
 pertinentibus in corpore iuris Canonici obuenientibus, cano-  
 nibus et capitibus, quam in explicanda Saxonica Ordinatione  
 ecclesiastica d. d. 1. Ianuar. 1580. et matrimoniali d. d. 10. Au-  
 gust. 1624. tit. von Ehegelobnissen, vchementer dissentire et  
 varias proferre rationes: ego vero cum optimo quovis opta-  
 rem, vt in definiendis sponsalibus publicis et clandestinis,  
 quorum illa, si rite legitimeque contracta fuerint, matrimo-  
 nium ipsum constituere videntur, et varios, maiorisque mo-  
 menti effectus producunt, haec autem saepius celebrantur, et  
 multas alunt lites, omnes conueniant. Itaque iam, an eos,  
 qui in hac ipsa sponsaliorum definitione a se inuicem' dissen-  
 tiunt, conciliare, aut certam definire sententiam possim, peri-  
 culum faciam. Sed vt certo ordine negotium procedat, mo-  
 iudice, definiendum erit, primo, quid sint sponsalia publica,  
 (secundum Ordinationem Saxoniam matrimonialem) quid  
 clandestina? Secundo, an testes in contrahendis sponsalibus so-  
 lemnitatis, an probationis causa adhibeantur? tertio, num ia-  
 sponsalibus inter personas, quarum altera modo parentibus  
 gaudet, testes sint adhibendi? quarto denique, vtrum spon-  
 salia literis inita, a personis parentibus orbatis, sine testium  
 subscriptione, publicis sint accensenda, an non? Quod opus  
 qualecumque, lectores, vt beniuole accipiatis, mihiique senten-  
 tiam, multis magnisque viris forsitan contrariam, offrenti, lu-  
 benter condonetis, ex anima opto.

§. I.

## §. I.

Sponsalia mutuas de matrimonio incundo promissiones denotare, ex iure Canonico, can. 3. *Caus. XXX. Quaeſt. V.* probatur. Abeunt haec sponsalia varias in species; diuiduntur enim partim in ea, quae fiunt vel de praesenti, vel de futuro; *argum. cap. 22. 31. et 32. X. de sponsalib. et matrim. cap. 3. X. de sponsa duorum et cap. 3. X. de coniugio lepros.* partim in pura et conditionata, *cap. 2. X. de spons. et matrim. item Lib. IV. X. tit. V. de condit. appos. in despōns.* partim in publica et clandestina. Quarum diuisionum vltima in primis ad rem facit nostram; prima enim quaefitionum nostrarum supra commemoratarum in hac definienda occupata est. Priusquam vero notionem sponsaliorum publicorum atque clandestinorum ex legibus Saxonis ipſe constituam, non a re alienum erit, opiniones ICtorum de hac diuisione recensere. De natura atque indole sponsaliorum publicorum Iurisperiti fere omnes conueniunt, sic ea describentes, vt cum consensu parentum ab iis, qui parentibus gaudent, et in testium praesentia a parentibus orbatis, celebrentur; vti *Stryckius in tract. de diffensu sponsalitio Sect. IV. ſ. 19. Linckius ad Decretales Lib. IV. tit. 1. ſ. 2. Bergerus in Oec. Iur. Lib. I. tit. III. theſ. 4. Boehmerus in iure ecclesiastico Proteſt. Libr. IV. tit. I. ſ. 105. et Schottius in Instit. Iur. Sax. Lib. I.*

*Sed.*



Sed. II. cap. 5. §. 2. Sunt tamen nonnulli, qui, praeter parentum consensum, in sponsalibus a liberis contrahendis, testes adhuc alios censeant necessarios, aliis hos minus necessarios et inutiles repellant; sunt porro, qui, neglecto parentum consensu, ad sponsalia publica ineunda nil, nisi testium et partim omni exceptione maiorum, partim minus idoneorum praesentiam putant esse necessariam. Sponsalia vero clandestina a quibusdam vel stricte et proprie, in quibus nulli, (aut non idonei) testes sunt exhibiti, vel late et improprie, quae in testium quidem praesentia, at neglecto parentum consensu sunt inita, accipiuntur. Hanc tunc sententiam *Stryackius tract. de dissensu sponsalitio* Sec. IV. §. 30. *Ungebauer ad Decretales Lib. IV. tit. III. Cypraeus de connubiorum iure cap. 10. §. 1.* *Carpzouius in Deffinit. eccl. Lib. II. defin. 33. num. 2. 3. et 4. ac defin. 38. num. 3. et 4. idem in Responsis Lib. V. resp. 109. num. 8.* *Linckius ad Decretales Lib. IV. tit. III. §. 1.* *Meuius in Decision. P. VIII. decif. 38. et, quidam auctor v. Z. ad ius electorale et commune Sax. Lib. I. tit. IV. §. 2. et 3.* Nonnulli vero, his distinctionibus omisis, uti *Brücknerus Diff. de clandestinis sponsalibus iuratis thes. 5.* *Strauchius ad Ius Justin. Diff. II. thes. 6.* *Heigius in Quaest. iur. quaest. XXII. §. 2. et Bergerus in Oct. Jur. I. I. sponsalia, vel absque ullis testibus, vel his quidem praesentibus citra consensum parentum contracta, simpliciter appellant clandestina.*

§. II.

9

Evidem cum BOEHMERO in Princip. Iur. Canon. Lib. III.  
Sect. II. tit. III. §. 365. publica sponsalia, quae seruata forma  
legibus praescripta, et clandestina, quae, ea neglecta, contra-  
luntur, vocare non dubito. Forma vero in Ordinat. eccles. et  
matrim. Saxonica tit. von Chiegeldnissen, §. Es sollen sich ic.  
und §. Wo auch zwö ic. praescripta in eo consistit, ut sponsalia  
ab iis, quibus parentibus adhuc vti fors contingit, eorum con-  
sensu inceantur, alias vero clandestina et irrita siant; expressis  
enim verbis in cit. §. Es sollen sich ic. sanctum legimus: „Es  
„sollen sich keine Kinder, Söhne oder Töchter, wes Alters sie  
„seyn, ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern, als des  
„Vaters, der Mutter, und da die nicht vorhanden, des Großva-  
„ters und der Großmutter, verloben. Und wenn gleich solches ge-  
„schähe, soll ein solch Verlobniß für heimlich gehalten und für un-  
„bündig erkannt werden.“ Parentum vero consensus in spon-  
salibus a liberis contrahendis publicis solus sufficit, neque opus  
est, vt praeter horum consensum testes adhuc adhibeantur;  
hoc enim apparet ex his verbis §. commemoratae, „ungeachtet ob  
„dasselbe in anderer Leute, als Gezeugen Beyseyn geschehen.“  
Quam opinionem Decisio etiam Electoralis Saxonica XXXII.  
de an. 1746. iuuat, verbis: „Wenn eine Eheversprechung heim-  
„lich, ohne Consens der Eltern, oder auch, da diese nicht vor-  
„handen, ohne Zeugen geschehen.“ nam haec tunc demum, pa-  
rentes si non supersunt, testes postulat; quod illustr. WIESAN-

B

DIVS



DIVS etiam *Specim. III. Discept. iur. §. 1.* sentit. Imo ius Canonicum, quod ex recepta Iurisperitorum opinione, testante HEINECCIO, *Antiquitat. German. Lib. I. cap. VII. §. 17.* in causis sequimur matrimonialibus, parentum consensum ad sponsalia publica a liberis celebranda statuit esse necessarium, *can. 1.*  
*3. et 4. Cauff. XXX. Quaest. V. can. 12. 13. 14. 15. et 16.*  
*Cauff. XXXII. Quaest. II. can. 2. Cauff. XXXV. Quaest. V.*  
*cap. 13. X. de sponsal. et matrim. cap. 3. X. qui matrimonium accu-*  
*sare pos. cap. 5. X. de conditionib. appos. in despōns. confer. quoque*  
*GONZALEZ TELLEZ ad cap. 2. X. de spons. et matrim. num. 6.*  
*et ad cap. 10. X. de spons. et matrim.*

Aliam vero formam obseruare iubentur illi, qui parentibus sunt orbati. Horum enim sponsalia, si publicorum habere debent valorem, necesse est, ut coram testibus celebrentur; alias tanquam clandestina, irrita et inualida merito sunt rejicienda. Hoc expressis verbis docent *Ordinat. matrim.*  
*Sax. tit. cit. §.* „Wo auch zwei, so beyderseits keine Eltern ha-  
„ben, sich ohne Zemonds Beyseyn, oder auch in Gegenwart ei-  
„nes Zeugen alleine, mit einander in Ehegelnbiß einlassen; So  
„soll dasselbe für ein heimlich Gelobniß gehalten, und da sie sich  
„beyderseits gleich darzu bekennen, dennoch so ferne unblündig er-  
„kannt werden, bis beyde Personen solches durch öffentliche Ge-  
„lobniß vor ehrlichen Leuten freywilling wiederhohlen und bestäti-  
„gen“ etc. et *Decisio Elect. Sax.* supra laudata verb.: „Wenn  
„eine Ehevorsprechung heimlich, ohne Consens der Eltern, oder  
„auch,

„auch, da diese nicht vorhanden, ohne Zeugen geschehen.“ Te-  
 stes vero etiam secundum ius Canonicum in sponsalibus fuisse  
 adhibitos, testatur, GRATIANVS ad Can. 9. Cauff. XXX.  
 Quaest. V. „Coniugia, quae claim contrahuntur, non negantur  
 esse coniugia, neque iubentur dissolui, si utriusque confessio-  
 ne probari poterunt; verumtamen prohibentur, quia, muta-  
 ta voluntate alterius eorum, alterius confessione fides iudici-  
 fieri non potest,“ et ad can. 11. Cauff. XXX. Quaest. V. „cum  
 autem fides dubiae rei nisi testium approbatione, vel legiti-  
 ma confessione iudici fieri non valeat, testes autem auctori-  
 tate Calixti Papae de aliis caussis vel negotiis testimonium  
 dicere non valeant: nisi de his, quae sub eorum praesentia  
 facta noscuntur: apparet clandestina coniugia ideo esse pro-  
 hibita, quia cum alter eorum coniugalem affectum se ad al-  
 terum habuisse negare voluerit, legitimis probationibus con-  
 vinci non poterit.“ item cap. I. X. de clandest. despous. cap. I. 3.  
 X. de sponsal. et matrim. et GONZALEZ TELLEZ ad hunc locum  
 sub b. atque ad cap. I. 11. X. de clandest. despous. num. 10. verb.:  
 „Decem adhiberi supponit D. Ambrosius ad virginem lapsam:  
 „Inter decem testes confedit sponsalibus. Hodie certum est, duos  
 sufficere.“ Quem binarium numerum testium fere omnes  
 IICTI secundum leges nostras probant; quod multis praesertim  
 ostendit, HEIGIVS Quaest. Iur. P. I. Quaest. XXII. pag. 204.  
 STRYKIVS de diffensu sponsalitio Sct. IV. §. 29. et BRÜCKNE-  
 RVS diff. commemor. thes. VIII. 1. morologi testimoniis inebip-  
 soner



Progedior nunc ad alteram dissertationis quaestionem,  
 an testes solemnitatis an probationis causa sponsalibus publicis  
 adsint. Cum vero Iurisperiti hac in re nimis dissentiant, eo-  
 rem opiniones ante omnia enumerabo. BERGERVS in Elect.  
 proc. matrim. §. 33. pag. 314. BERGER. in Decis. sum. Prouocat.  
 sen. Decis. XXXVII. CARPOVIVS in Responf. Lib. VI. resp. 109.  
 num. 17. HORNIUS ad Schilperi Ius Canon. Lib. II. tit. 10. §. 2.  
 item in Consultationibus Clas. III. resp. 14. sub nota. WINCKLE-  
 RVS ad Bergeri Oec. Iur. I. c. et KÜSTNERVS ad Deylingii Prud.  
 pasti. P. III. cap. 17. §. 14. not. A. testes solemnitatis et formae,  
 non probationis causa, sponsalibus contrahendis adhiberi op-  
 nantur, atque WINCKLERVS et KÜSTNERVS quidem exinde  
 hoc probare student, quod unus testis in iis non sufficiat ex  
 Ordinat. Sax. matr. c. 1. is tamen, probationis gratia si adesset,  
 sufficeret ita, ut iuramento suppletorio locus relinqueretur. E  
 contrario BRÜCKNERVS, diff. de clandest. iurat. thes. VIII.  
 WERNHERVS iure eccl. cap. XIII. §. 20. CARPOVIVS Iuris-  
 prud. Consift. Lib. II. def. 34. num. 81. DEYLINGIVS Prudent.  
 pastor. P. III. cap. 17. §. 14. et STRYCKIVS in Not. ad Brun-  
 nemannum de Iure eccl. Lib. II. cap. 16. §. 12. verb. de his constet  
 etc. testes sponsalibus ad probandum adesse contendunt, pluri-  
 mique eorum se ad cap. 2. X. de clandestina despous, verbis:  
 »quod exinde legitima probatio non appareat“ referunt. Hi  
 quidem dissententes ipsorum sententias non exiguis stabiliant

ratio-

rationibus, attamen plerumque miscent Ius Canonicum et Sa-  
xonicum in argumentis suis.

**III.** Consultius agere mihi videntur illi, qui auctoritate BER-  
GERI in Elec*t.* process*m*. matrim. pag. 515. et SCHOTTII in Inst*it*.  
*Jur.* Sax. Lib. I. Sect*ii*. II. cap. 5. §. 4. testium praesentiam, tam  
solemnitatis quam probationis gratia requiri statuunt. Nam,  
ut egomet opinor, testes secundum *Ordinationem Sax. matrim.*  
ab initio omnino sponsalibus publicis ad solemnitatem rite ob-  
seruandam adhibentur, et tunc demum, si forsan alter contra-  
hentium sponsalia negare voluerit, probationis caussa adjungunt,  
quia alias pars negans legitima conuinci non poterit probatio-  
ne, et iurisiurandi delationem super sponsalibus publicis  
*Decis. Elec*t.* Sax. Nouiss. XXXII.* modo, si plena proba-  
tio haberi non possit, inuenimus permisam; quocum etiam  
GRATIANI verba ad can. II. *Caus*f*.* XXX. Quaest. V. con-  
gruunt.

#### §. IV.

**III.** Tertia, quam mihi dijudicandam proposui, quaestio in eo  
occupatur, utrum in sponsalibus publicis inter personas, qua-  
rum altera modo parentibus vtitur, contrahendis, horum solus  
consensus sit sufficiens, an praeter eum adhuc testes duo ab  
altera parte abhibendi sint. Quoniam in legibus Saxoniciis,  
quibus nos vtimur, et quidem supra commiemoratis *Ordinatio-*  
*nibus ecclesiastica atque matrimoniali lor. cit.* de hac quaestione ni-



hil expressis reperitur sanctum verbis; exinde multae ac graves sunt exortae lites, cum ICti hac in thesi non conuenientes, eam multis variisque modis decidendam arbitrantur. Alii enim in quaestione proposita testibus ab altera parte adhibitis non opus esse putant, modo alterius contrahentis vterque ad sit parens; ex quorum sunt numero HORNIVS ad Schiltern Inst. Iur. Can. Lib. II. tit. 10. §. 5. et in Consultationibus Clas. III. resp. 14. BERGERVS in Resolut. Leg. ad Lauterbach. Lib. XXIII. tit. 1. pag. 467. item Oec. Iur. I. c. et Responsis P. II. resp. 127. Alii vero hanc defendant opinionem, sponsalia satis rite esse confecta, modo si unus alterutrius pacientis adfuerit parens; quibus BERGERVS Decis. sum. Provocat. sen. Decis. XXXVI. BERGERVS Elect. proc. matrim. §. 7. pag. 505. item Resolut. leg. ad Lauterbach. c. I. atque Oec. Iur. d. I. annumerandi sunt. Alii de- nique ad sponsalia publica ineunda, praeter parentes consentientes alterius partis, testes alios ab altera parte adhibitos requiriunt; vti KÜSTNERVS ad Deylingii Prudent. pastor. P. III. cap. VI. pag. 533. not. p. Illustris WIESANDIVS I. I. et SCHOTTIUS in Inst. Iur. Saxon. Lib. I. Sect. II. cap. 5. §. 4. His egomet omnino assentior, quamque opinionem defendere ac rationibus, ex legibus, ICtorum scriptis et iuris analogia petitis, munife atque corroborare studebo: quamuis Iudicium ecclastisticum (utilgo Consistorium) non minus, ac Dycaesterium iuridicum, quod Nitebergae floret, contrarium, vti ex actis iudicialibus, scriptisque ICtorum videre licet, soutineant sententiam,

nec

nec non Responsum in iudicio provinciali Lubenensi anno 1785 da-  
tum, saltim ex parte his conceptum verbis:

„Auf vorstehende facti speciem und angehängte drey Rechts-  
Fragen.“

„Erachten Wir Landrichter und Beyfigere des ic. und  
slo. „zwar anfangs auf die erste Frage für Recht:“

„Hat der von X. ein Chursächsischer Vasall gegen Christianen  
U. so zwar von mittlerm Bürgerstande, aber von ehrlichen  
Eltern und gütter Aufführung ist, eine vorgestaltige außer-  
ordentliche Zuneigung gefasset, daß er sie zu heyrathen sich  
entschlossen, und daher, zu einer Zeit, da seine beyden El-  
tern bereits verstorben waren, bey ihnen, der U. beyden El-  
tern um deren Einwilligung zu der Verehelichung mit ihr  
angesuchet, auch, nachdem er diesen Consens von den Eltern  
erhalten, zwar ohne Beyseyn dieser Eltern, aber doch in  
Gegenwart einiger Zeugen, der U. die Ehe versprochen, ja  
im Monate September 1782, in Gegenwart der Mutter der  
U. und noch einer Person Mahlshäze mit derselben gewech-  
selt, wobei das Cheversprechen wechselseitig wiederholt wor-  
den, von dieser Zeit an der von X. die U. bey sich behalten,  
sie standesmäßig gekleidet, und sich gegen sie als seine künf-  
tige Gemahlin betragen, jedinoch, diese Verlobung seinem  
mit Vorurtheilen von ungleichen Heyrathen besangenem  
Reiter zu entdecken, Bedenken tragen müssen, sodann der-  
selbe diese U. geschwängert, sie in diesem Zustande nach Dres-

„den“



„den geschafft, und, als sie daselbst, wohin er ihr nachge-  
 „folgt, im September 1783. mit einem Knaben niedergekom-  
 „men, das Kind für seinen rechtmäßigen Sohn und Erben  
 „anerkannt, es auf seinen Tauf- und Zunamen taußen und  
 „in das Kirchenbuch einschreiben lassen, nicht weniger beh-  
 „dieser Gelegenheit, sowohl der gebrauchten Wehmutter, als  
 „den von ihm selbst erwählten Pathen, daß er mit der U. seit  
 „geraumer Zeit unter Einwilligung ihrer Eltern verlost, und  
 „sich mit ihr, so bald es die Verhältnisse in Auschung seines  
 „Vaters erlaubten, priesterlich zusammengeben zu lassen, ge-  
 „sinnen sey, eröffnet, es ist aber der von X., ohne daß die  
 „copula sacerdotalis mit der U. erfolget, unvermuthet ge-  
 „storben, und es wird nunmehr zu wissen verlangt:

„Ob den angegebenen Umständen nach das besagte von  
 „Christianen U. gebohrne Kind für ein ex sponsa-  
 „libus publicis erzeugtes zu halten?

„Ob nun wohl, in Betracht, daß die Sache, da der von X.  
 „als ein Chursächsischer Vasall allem Vermuthen nach auch  
 „in Chursächsischen Landen gewohnt, nach Sächsischen Rech-  
 „ten zu beurtheilen, da nach der Chursächsischen Kirchen-  
 „ordnung tit. von Ehegeldbußnissen, daß diejenigen, so keine  
 „Eltern haben, dergleichen nach der Geschichtserzählung der  
 „von X. damals gewesen, sich in Gegenwart mehr als eines  
 „Zeugen verloben, ja nach dem 13den General-Articul die  
 „Nächste

„nächste Verwandten, so bey dem Verlobnisse gewesen, um  
 dessen Umstände von dem Ausgebstet von dem Pfarrherrn  
 befragt werden sollen, woraus, daß ein Verlobniss im Bey-  
 gabe seyn der nächsten Verwandten geschehen müsse, geschlossen  
 werden kann, und aber, als der von X. anfangs um den  
 Consens der Eltern der II. angesucht und ihn erhalten, sich  
 gar kein Zeuge dabei befunden, wenigstens hievon nichts  
 mit bemerket worden, sodann bey der nachherigen Verlobung  
 die Eltern der II. gar nicht, auch im September 1782, nur  
 ein Zeuge, indem die Mutter der II. für eine Zeugin nicht  
 anzusehen, und zudem nicht der Vater der II., dessen Consens  
 doch weit eher, als der der Mutter erforderlich, gegenwärtig,  
 sowohl die an. 1783, geschehene Declaration überhaupt nur  
 eine Erzählung, nicht ipsa sponsalia gewesen, endlich der  
 Vetter des von X. von der ganzen Sache nicht einmal et-  
 was erfahren, geschweige zu dem Verlobnisse gezogen worden,  
 aus diesem allein, ob seyen kein sponsalia publica zwischen  
 dem von X. und der II. celebriert worden,

conf. BOEHMERI ius eccles. Profeß. L. IV. tit. I.

J. 105.

„dafür gehalten werden dürfte;

„Dieweil aber dennoch in der Chursächsischen Kirchen-  
 ordnung loco laudato nur alsdenn die Gegenwart der Zeu-  
 gen erfordert wird, wenn beyseitens pacificirende El-

C

, tern



„tern haben, hingegen, wo dieser Fall nicht ist, eod. tit. ab  
 „initio blos das Vorwissen und Einwilligung der Eltern  
 „oder Großeltern, auch nicht schlechterdings deren Gegenwart  
 „bey der Verlobung selbst, für nothig geachtet wird, dahin-  
 „gegen dasjenige, was von der Verlobung im 13den Gen. Art.  
 „bey Gelegenheit der für die Pfarrherrn gemachten Vorschrift  
 „eingeflossen, daselbst keineswegs als eine forma sponsalio-  
 „rum vorgeschrieben, also auch lediglich von dem Falle, wenn  
 „die Anverwandte bey dem Verlobniß gewesen, zu verstehen  
 „ist, dannenhero zur Gültigkeit der Sponsalien nicht einmahl  
 „der Vormünder, die doch vor allen zur Beförderung des  
 „Westen ihrer Pflegbesohlnen gesetzt werden, geschweige der  
 „außer der Eltern und Großeltern vorhandenen Anverwand-  
 „ten Consens für nothwendig zu achten,

*CARPZOV. iurispr. eccl. Lib. II. def. 46. n. 2. 6. 14.*

„also, wenn auch nur ein Theil der zu Verlobenden Eltern  
 „hat, deren Consens ad constituenda sponsalia publica al-  
 „lein zureicht,

*BERGER. in Oecon. Iur. L. I. tit. III. th. 4.*

„und aber der von X., welcher keine Eltern mehr hatte, die  
 „beyde Eltern der U. um ihre Einwilligung ersucht, solche auch  
 „erhalten, zum Überflusse in Gegenwart mehrerer Personen  
 „sich förmlich mit der U. versprochen, wobey es der Eltern  
 „Gegenwart nicht bedarfste,

BER-

*etiamq; apud BERGER. in Oecon. iur. l. t. ad modum quodammodo be-  
and act. DEYLING. prud. pastor. P. III. cap. VI. §. 13. et 20.*

„ auch Mahlschäze, welche doch eben so wenig ad essentiam  
„ sponsaliorum gehören,

BOEHMER. *ius eccl. protest.* L. IV. tit. I. §. 102.

„gewechselt, ja noch lediglich mehrern Leuten erzählt, daß er  
„sich mit der U. verlobt, und deren Eltern darein consenti-  
„ret, endlich, da, nach der Geschichtserzählung, der Consens  
„der Eltern der U. und die Verlobung noch vor dem Septem-  
„ber des 1782sten Jahres geschehen und gegeben worden,  
„das Kind hingegen im September 1783, zur Welt kom-  
„men, kein Zweifel obwalten kann, daß es partus post spon-  
„salia celebrata conceptus sey:

„So möchte, den angegebenen Umständen nach, das  
„obbeschriebene von Christianen II. gebohrne Kind für  
„ein ex sponsalibus publicis erzeugtes allerdings zu  
„halten seyn.“

§. V.

Vt autem sententiam, cui ego assentior, eo melius probare, et praestantiam eius p̄ae caeteris demonstrare possim, hanc equidem viam mihi elegi, quod singulas aduersariorum opiniones adferrem, et rationibus satis firmis atque idoneis debilitatem et labefactarem. Duces illorum, qui contendunt,



ad sponsalia publica solum consensum parentum vnius partis, praetermis ab altero paciente, parentibus orbato, testibus, sufficere, hi fere sunt. BERGERVS in *Responsis P. II.* resp. 127. et in *Oec. Iur. Lib. I. Tit. III. thes. 4.* huic sententiae fauet, sed ad eam stabiliendam nulla expresse adserit argumenta, quare hunc refutare supersedemus. HORNIUS ad Schilteri *Inst. Iur. Can. c. l.* in *Consultationibus c. l.* BERGERVS in *Decis. sumi Procurat. sen. d. l.* BERGERVS in *Elect. process. matrim. l. l. et Resolut. Legum ad Lanterbachium c. l.*, qui omnes vna cum *Responso* supra commemorato ad obtinendam ipsorum opinionem provocant ad *Ordin. Saxon. matrim. c. t. §.* Wo auch zwölf ic. Hanc enim tunc demum in sponsalibus, publicorum vim habentibus, testes exigere putant, si utraque pars, sponsalitium iniens pactum, parentibus sit destituta.

At primo haec paragraphus Wo auch zwölf ic., uti ego iudico, multo aliter est interpretanda. Haec enim paragraphus se referat ad §. priorem Es sollen sich ic. et contrariam continent positionem. Paragraphus Es sollen sich ic. praecipit, quod liberis in sponsalibus publicis contrahendis parentum consensu fit opus, illaque, quamuis coram testibus sint celebrata, tamen ob neglectum parentum consensum censeantur claudescere et nulla. Illa vero §. Wo auch zwölf ic. sic disponit, ut, si uterque pacientium de futuro matrimonio ineundo parentibus amplius non utatur, sponsalia publica tunc in praesentia testium rite celebrentur. Latet autem hac ipsa in paragrapho haec sententia,

tia, quod ad publica sponsalia efficienda, cum forsitan alteruter  
 contrahentium gaudeat parentibus, horum quoque consensus,  
 praeter testes, sit necessarius. Neque minus hanc coniecturam  
 firmat particula conditionalis s. (Wo.) Quam ob rem  
 KÜSTNERVS ad Deylingii Prud. past. P. III. cap. VI. not. p. „Scio  
 „equidem, recte ait,“ quosdam Ordinat. matrim. „§. Wo  
 „auch zwölf re. intelligere de ea tantum caussa, quando zwölf  
 „Personen, so beyderseits keine Eltern haben, quae ipsa verba  
 „sunt, atque hanc ad eum casum, quando unus parentibus or-  
 „bus sit, quae in primis BERGERT in Oec. Iur. Lib. I. Tit. III.  
 „thes. 4. et in suppl. ad proc. matrim. §. 7. opinio est, non ex-  
 „tendendam esse. Sed cum non verbis ipsis pressius inhae-  
 „rendum, sed legis contextus et ratio spectanda sit, discriben-  
 „ponendum inter sponsalia, quae consensu parentum confi-  
 „ciuntur, et quae praesentia testium confirmantur. Illa sine  
 „testibus, parentum tamen consensu firma sunt, quare si spon-  
 „sus parentibus gaudet, ab hac parte valent, ita tamen, ut  
 „vtriusque parentis consensus requiratur, non vero, ut pro  
 „testibus alterius partis esse possint, quod existimat BERLICH  
 „P. I. Concl. 36. n. 64. et 68. ab altera parte vero duorum ad  
 „minimum testium praesentia requiritur.“ Porro ad hanc §.  
 Wo auch zwölf re. interpretandam permultum facit *Decisio*  
*Elec. Sax. Nouiss. XXXII.* quae sponsalia vel sine consensu  
 parentum, vel, his deficientibus, absque testibus inita, simplici-  
 ter nominat clandestina.



Secundo nonnulli eorum, qui in proposita quaestione testes ab altera parte non postulant, uti BERGERVS in *Resol. Leg. c. l.* et *Oec. Iur. d. 4.* scribens: „igitur ius statutarium, quod ad substantiam sponsaliorum duos requirit testes, exorbitans est, atque adeo stricte de solis personis, quae parentibus destinuntur, capiendum.“ et „quamvis parentes in ipsis sponsalibus praesentes non fuerint:“ atque BERGERVS, filius, in *Decis. sum. Prouocat. sen. Decis. XXXVII.* his verbis: „in iis autem personis, quae destitutae sunt parentibus, testes pro forma requiruntur, ita, ut sponsalia, remotis iisdem contraria, loco clandestinorum reputentur, sibi ipse contrariantr; quod facile intelligitur, si haec illorum verba comparamus cum eorum sententia supra adducta. Haec autem iam allata eorum loca egregie faciunt ad stabiliendam et munierandam meam sententiam. Nam, si haec sanctio iuris statutarii, (*Ordin. Sax. matrim.*) quae ad substantiam sponsaliorum duos requirit testes, ad personas, parentibus orbas, restringi debet, in sponsalibus publicis contrahendis, ab iis, qui parentibus non gaudent, testes necessario sunt adhibendi.

Tandem HORNIUS in *Consultat. c. l.* item ad Schilteri *Inst. Iur. Can. d. 1.* et BERGERVS in *Eleg. proc. matrim. c. l.*, qui sponsalia inter personas inita, quarum altera tantum parentibus, iisque consentientibus, gaudet, neglecta ab altera parte testium praesentia, publica validaque censem, hos parentes, tanquam testes, considerare videntur. Num igitur hi parentes testes sint recipi-

recipiendi, inquiramus. Distinguamus igitur inter testes, qui  
 ad probationem et qui ad solemnitatem adiuntur. „Testes, aiunt  
**STRYCKIUS de diffensu sponsalitio Sect. IV. §. 29.** et **MEVIVS in**  
**Decis. P. VIII. decis. 38. num. 5.** „si requiruntur ad proban-  
 da sponsalia, cum negantur, necessarii sunt, qui non su-  
 „specti.“ Sic **CARPZOVIVS Iurisprud. Consist. Lib. II. def. 33.**  
 num. 4. „strictè, scribit, sponsalia vocantur clandestina, quae  
 „prospero clam et nullis, vel non sufficientibus, exhibitis cele-  
 „brantur testibus.“ Sic **BRÜCKNERVS in Decis. Iur. matrim.**  
**cap. II. de clandestina dispon. §. 7.** vna cum **STRYCKIO c. I.**  
 §. 30. „salubriter, inquit, dispositum est in der Fürstl. Go-  
 „thaischen L. O. P. I. cap. 8. tit. 1. vt omnia sponsalia praesen-  
 „tibus testibus fide dignis, ad minimum duobus, (scilicet prae-  
 „ter personas principales eorumque parentes) celebrentur.“  
 Ita denique **MASCARDVS de probationibus Concl. 90. num. 7. ac**  
 8. et **Concl. 534. num. 20.** „idoneos postulat testes, si ex na-  
 „tura actus haberi possunt, vti est in contractu matrimonii,  
 „quod prohibetur clam contrahi.“ Parentes vero in quaestio-  
 ne proposita testes esse minus idoneos, atque suspectos, ex le-  
 gibus juris Canonici percipimus, et quidem *can. 2. Cauff.*  
*XXXII. Quæf. VI.* item *ex cap. 22. X.* qui matrim. accus. pos-  
 sunt. „quod autem parentes, fratres et cognati utriusque sexus  
 „in testificatione suorum, ad matrimonium coniungendum vel  
 „dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam  
 „legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, et si de-  
 „fuerint



„fuerint parentes, proximiores admittuntur; quoniam unus  
 „quisque suam genealogiam cum testibus et chartis, tum et  
 „iam ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius  
 „recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, et quorum est  
 „interesse, ita ut, si non interfuerint, et consensum non ad-  
 „hibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium.“ His  
 enim in canonibus, ad quos eorum plerique, qui nostrae  
 aduersantur opinioni, prouocant, parentes non solum in te-  
 stimonio pro suis dicundo, sed tunc etiam, si de consanguini-  
 nitate et affinitate quaeratur, admittuntur; quod et FARINA-  
 CIVS de *testibus Lib. II. tit. VI.* quæst. 54. num. 191. et 192. de-  
 fendit, qui etiam parentes vnius partis a testimonio, si de ma-  
 trimonio contracto disceptetur, repellit. Imo in eiusmodi  
 easu parentes, tanquam suspecti, a testimonio dicundo ar-  
 centur, argument. *cap. XXII. X. de testib. et attest.* his verbis:  
 „quod cum mater filiae incrementum et honorem videtur dis-  
 ligere, ubi vir superior est diuiniis et nobilitate, potentia vel  
 „honore, testimonium eius videtur suspectum, et ideo non  
 „esse aliquatenus admittendum,“ et *cap. XXIV. X. de test. et*  
*attest.*, quod testes de familia sua productos tanquam suspectos  
 reiicit. Praeterea parentes, cum quodammodo sint simul con-  
 trahentes, eorumque interstit, nemini de re sua, sieque et de  
 sponsalibus liberorum, plenam facere fidem possunt; quoque  
 tanquam testes non considerantur, testimonio *Responsi* supra  
 laudati, ac BERGERI in *Oec. Iur. c. I. et Resolut. Leg. ad Lau-*  
 terb.  
 manus

terb. pag. 468. verbis his: „indem die Mutter der II. für eine „Zeugin nicht anzusehen,“ in *Responso laud. contentis.*

Sin testes ex lege adhibeantur sponsalibus ad solemnitatem, ne clandestina habeantur, illos qualescumque admittendos esse contendunt quoque STRYCKIVS de diff. spons. l. c. et MEVIVS in *Decis. c. l.*, atque inde, ratiocinari licet, parentes praestare posse testes, cum hi in *Ordinat. Sax. matrim.* etiam solemnitatis ergo requirantur. Attamen commemorata Ordinatione testes in sponsalibus publicis non solius solemnitatis caussa, sed etiam, in euentum, si alter contrahentium ea negare velit, ad probationem adhibentur; parentes vero ex antea dictis tanquam testes minus idonei reiciuntur; et deinde forma lege praescripta rite seruari debet; ideoque secundum *Ordinationem Sax. matrim.* ab altero pactum sponsalitium ineunte, et parentibus destituto, necessario testes sponsalibus publicis celebrandis sunt adhibendi.

Porro autem, parentes si etiam absentes consensum liberis ad sponsalia rite ineunda dare possunt, testium personas, tanquam absentes, agere non possunt, quorum testium praesentia tamen in *Ordinat. Matrim. Sax.* intuitu eorum, qui, parentibus orbati, sponsalia celebrare cupiunt, expresse requiritur.

### §. VI.

Periculosa quoque atque legibus parum conuenientem deprehendi illam opinionem, quod in despunctionibus con-

D

trahen-



trahendis, si ab altera contrahentium parte modo parentes consentientes adsint, ab altera testibus non sit opus, iam exemplo declarare mihi liceat. Ponamus, inter Caiam parentibus adhuc praeditam, eisque consentientibus, et Meum parentibus desitutum, sponsalium contrahi foedus; postea quandam tertium diuitiis dignitateque maiorem superuenire, qui illius Caiae parentes roget, ut consensum ad sponsalia cum eorum filia ineunda sibi concedant, quem ii quoque non dengant. Quomodo ille Meuius sibi bene consulat, et ius ex initis sponsalibus quaeſitum probet? Testes huic negotio ex sua parte non interfuerunt; iuriandum neque Caiae parentibus deferri potest, cum hi, quia in illius tertii sponsalia cum ipso-rum filia inita consenserunt, certo erint peieratari, nec ex dispositione *Iuris Can.* supra laud. ad testimonium pro ſe dicendum sunt admittendi tanquam ſuſpecti; neque eorum filiae deferre li-cket, cum de hac idem, quod de parentibus, est metuendum; et ſic sponsalia ob defectum probationis existunt clandestina.

His igitur rationibus commotus atque perſuafus, testes in contrahendis sponsalibus publicis, si contrahentium alter parentibus et consentientibus quidem gaudet, alter vero iis est orbus, ab hoc parentibus desituto eſſe adhibendos, nullus dubito; praefertim, cum teste KÜSTNERO ad Deylingii Prud. paſtor. P. III. cap. VI. pag. 533. not. p. atque WINCKLERO ad Bergeri Oec. Iur. L. I. hanc meam ſententiam non ſolum a Conſistorio Lipsiensi approbatam, ſed etiam a Regimine Electorali confir-

confirmatam inuenio. Ex his omnibus facile ergo concludi potest, sensum legis *Ordinationis Matrim. Sax.*, quae hanc rem tractat, hunc esse: quod nemo, qui parentibus careat, rite sine testibus sponsalia inire possit, et quod sponsalia, tali modo inita, publicis non sint accensenda; ad quod demonstrandum apprime etiam facit Illustr. WIESANDII argumentatio ex ratione legis ducta l. c. Praeterea *Viros doctissimos* partim consentientes sententiam meam auctoritate sua munire, partim, qui contrariam solum opinionem, se ipsos contradictionibus suis refellere, satis a me demonstratum esse, sum persuasus.

### §. VII.

Quartam nunc quaestionem, vtrum sponsalia literis inita inter personas absentes et parentibus orbatas sine testium subscriptione sint publicis accensenda, an non, definire periculum faciamus. Quemadmodum vero antecedens thesis multis grauiusque dubitationibus erat subiecta, sic et haec non minoribus Ictorum controv ersis subest, variisque laborat difficultibus, quas enodare nostrum est.

Vt autem hoc eo melius peragatur, non abs re erit, pauca hic de indole et virtute literarum priuatarum in genere praemittere. Literae priuatae, rite confectae, a contrahentibus semper vel agnoscuntur, vel non. Quas si pacientes confitentur, tunc maiori non opus est probatione, probatio enim optima alterius efficitur confessione, sive literarum recogni-

D 2

tione;



tione; Si autem negantur, tunc parti neganti ad recognoscendum proponuntur, et ab ea, nisi violata conscientia, diffiteri non possunt: itaque res sine ullis ambagibus faciliter potest modo ad liquidum perduci.

Neque omnino desunt Icti, qui vel hanc amplectentes sententiam, vel aliis praeterea persuasi rationibus, sponsalia a personis parentibus destitutis inita per literas solas recte probari dijudicent. Ita CYPRAEVUS de connubiorum iure cap. XIV. §. 11. „Scriptura, inquit, etiam priuata non minus efficax est „ad probanda sponsalia. Quid enim, si quis literis vel scriptura sua manu exarata alicui coniugium promittat? certe illa „contra eum, qui scripsit, plenissimam fidem faciet.“ Literis vero sponsalia probari posse nemo ibit inficias; at quaeritur modo, num publica sponsalia effici possint, si literae testium nominibus non sunt munitae, quos testes Ordinatio matrim. Sax. in contrahendis sponsalibus publicis ab iis, qui parentibus sunt orbati, requirit, et lege praescripta forma rite est obseruanda.

WERNHERVS in Iur. Can. cap. XIII. §. 20. BERGERVS in Resolut. leg. ad Lauterbach. Lib. XXIII. tit. I. pag. 468. in Elec. proc. matrim. pag. 511. et BERGERVS in Decis. sum. Prouocat. sen. Decis. XXXVII. sententiam suam, absentes nempe literis, a testibus duobus non subscriptis, sponsalia rite inire, sequentibus stabilire tentant argumentis. Dicunt nempe, Ordinationem Sax. matrim. §. Wo auch zwei ic. modo de sponsalibus inter praesentes ineundis praecipere, intuitu sponsaliorum autem inter absen-

absentes contrahendorum nihil disponere; atque strictissime esse interpretandam, cum alias a iure communi, quod sponsalia inter absentes literis celebrata firma iubeat validaque, recedat. Quod ad primam rationum adductarum attinet, *Ordinatio matrim. Saxon. cit. s. sponsalia*, quae ab iis, qui parentibus destituantur, coram testibus sunt rite constituenda, ad praesentes expressis non restringit verbis; imo potius ibi obuenientia verba, mit einander in Ehegeldbnis einlassen, nos inducunt, ut contendamus, hanc sanctionem ad absentes etiam esse extendendam, cum, lege non distingueente, nostrum non est distinguere. Si vero secundum consideramus argumentum, quod ius commune sponsalia inter absentes literis recte contrahere permittat; facile intelligimus, has ab illis laudatas, leges l. 4. *Dig. de sponsalibus*, „sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia. „Denique constat, et absenti absentem desponderi posse, et „hoc quotidie fieri;“ item l. vlt. *Dig. de sponsal.* „in sponsalibus constituendis parui resert, per se et coram, an per nuncium, vel per epistolam, an per alium hoc factum est;“ atque l. 5. *Dig. de ritu nupt.* „mulierem absenti per literas eius, „vel per nuncium posse nubere plaet, si in domum eius deducatur, eam vero, quae abesset, ex literis vel nuncio (suo) „duci a marito non posse: deductione enim opus esse in matrīti, non in vxoris domum; quasi in domicilium matrimonii.“ nihil aliud, nisi hoc, sponsalia inter absentes aut literis constitui posse, indicare; ac se ad illum iure ciuili praescriptum ritum,

D 3

quo



quo sponsalia per solemnem stipulationem, (quae his legibus abrogari videtur,) erant celebранba, referre. Literis vero sponsalia iniiri, nemo certe negabit; desideratur modo in illis forma legibus cauta, quemadmodum iure Romano ritus praescripti, vti ex l. 5. *Dig. de ritu nuptiar.* intuitu deductionis in domum appetet, sunt obseruati.

Illis insuper, qui ex legibus iuris ciuilis sponsalia literis, testium nomine non signitis, recte contrahi censem, contrarii sunt, et FRANCISCVS HOTOMANNVS de sponsalibus cap. III. pag. 346. „tabellas, dicens, sponsaliorum et nuptiarum a testibus obsignari solitas fuisse;“ et GONZALEZ TELLEZ ad cap. 2. X. de spons. et matrim. §. 5.; praeterea etiam LINCKIVS ad Decretales Lib. IV. tit. III. §. 2. BINGHAM in Originibus ecclesiasticis Lib. XXII. cap. III. §. 1. HORNIUS ad Schilteri Instit. Iur. Can. Lib. II. tit. IO. §. 5. BERGERVS in Elec. proc. matrim. quaeſt. XII. pag. 514. STRYCKIVS in not. ad Brunnem. de de iure eccl. Lib. II. cap. XVI. §. 12. verb.: quae parentibus consensu defituta, et verb. quae sine testibus contradicta, atque DEYLINGIVS Prudent. paſt. P. III. cap. 17. §. 14., qui testes requirunt.

Refutatis sic aduersariorum argumentis, iam sententiam meam, sponsalia inter personas parentibus orbatas literis inita, vt publica existant, testium subscriptionem necessario requirere, nonnullis adhuc rationibus fulcire, conabor. Prima autem haec est, quod literae priuatae nil nisi propriam confessionem faciant, confessione sola contrahentium autem non conualeſcant sponsalia clandestina, ex opinione BRÜCKNERI diff. laud. ths. IX. STRYCKII de diffensu sponsalitio Sest. IV. §. 31. STRYCKII in not. ad Brunnemann. Ius Eccles. c. l. verb. de his conſefit. CARPOZOVI Iurisprud. Confift. Lib. II. def. XXXV. et DEYLINGII Prud. paſtor. c. l. §. 16. testimonio GRATIANI ad can. 9. et 11. Cauff. XXX. Quaef. V. supra commemorato; atque

que auctoritate *Ordinationis Saxonicae matrimonialis* tit. von Ehe-  
Geldbniß §. Wo auch zw. ic. verb.: „so soll dasselbe für  
„ein heimlich Geldbniß gehalten, und da sie sich beyderseits gleich  
„dorzu bekennen, dennoch so ferne für unbündig erkannt wer-  
„den.“ Quia de salutari legis dispositione BRÜCKNERVS diff.  
laud. sic differit: „licet enim aliquis lateatur, se clam alteri praes-  
„titisse consensum sponsalitium, interest tamen reipublicae, vt  
„non statim illum pro obligatorio agnoscamus, nisi circumstan-  
„tiae monstrant, quod negotium tanti momenti rite sit expen-  
„sum, et non praeципitanter, sed deliberato animo conceptum:  
„praeincipiantia enim comitem solet habere poenitentiam, et  
„poenitentia quot non parit incommoda! iam experientia te-  
„statur, clam et remotis arbitris saepe animos miris artibus pel-  
„lici ad amorem, deinde amantes ex impetu et praeincipiantia  
„magis, quam consilio agere, et nihil non promittere: sed si te-  
„stes sunt adhibendi et consensus cum solemnitate quadam et  
„aperte dandus, probe solet expendi, quid agatur.“

Secundo fieri non potest, vt, si quis contrahentium vel  
prosuls literas a se datas neget, vel se nunc aliter sentire, seque  
literarum de futuro matrimonio ineundo subscriptarum poeni-  
tere, affirmet, illae, a testibus non subscriptae, cum effectu  
quodam ei ad recognitionem proponantur; quia confessio pro-  
pria pacientium non efficit sponsalia publica, atque iusurandum  
super sponsalibus clandestinis, et sic etiam super documen-  
tis de his confessis, *Ordinatione Sax. matrim. c. l.* aequa ac *De-  
cisione Elec. Sax. nouiss. XXXII.* est prohibitum.

Tertio *Ordinatio Matrim. Sax.* saepius commemorata  
inter sponsalia a præsentibus et absentibus inita non distinguit,  
sed vt ii, qui parentibus carent, in sponsalibus publicis contra-  
hendis testes adhibeant, generalioribus sancit vocibus. Quarto  
tandem testes ab initio potius ad solemnitatem, et ad proban-  
dum modo, si forsitan alter sponsalia neget celebrata, postulan-  
tur,



tur, scilicet ne actus tam grauis momenti omni solemnitate careat, et ut omnis clandestinitatis vitetur species. Quodlibet vero negotium ob neglectam, in legibus definitam, solemnitatem corruit atque irritum fit; sic ergo etiam sponsalia siue oretenus sint inita, siue literis, ob neglectam hanc praescriptam solemnitatem corrunt et inualida sunt.

Has igitur ob cauissas mihi, despunctiones inter parentibus destitutas personas literis a testibus, ad minimum duobus, non subscriptis celebratas censere clandestinas, iisque publicarum vim atque valorem denegare, fas sit.


Saepius quoque euenit, vt ii, quibus adhuc parentibus vti contingit, literis sponsalitium contrahant foedus, hoc autem, si in republica quandam vim atque facultatem secum ferre debet, modis et qualitatibus iure constitutis est ineundum. Quare, cum *Ordinatione Sax. matrim.* vti supra docui, cauetur, ut sponsalia publica a liberis cum parentum consensu celebrentur, alias vero in clandestina degenerent; hac in specie maiorem in securitatem quoque necessarium iudico, vt parentes literas, a liberis de sponsalitio pacto datas, subscriptant; quod alias hae epistolae quid clandestinitatis continent; et alter sponsalia contrahens, tanquam absens, nisi forsan alio modo de alterius parentum consensu certior est factus, scire non potest, vtrum alterius parentes in sponsalitium consentiant contractum, an non, ideoque vel rata sint, vel nulla; atque tandem haec literis inita sponsalia eo casu, si forte parentes interim de vita deceperint, ut publica probari difficile poterint.

**ULB Halle**  
004 334 728

3







DE  
VERA SPONSALIORVM PUBLICORVM  
EX LEGIBVS PRAECIPVE SAXONICIS  
ELECTORIBVS INDOLE

DISSE R TAT I O I N A V G V R A L I S

Q V A M

P R O L I C E N T I A

S Y M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S

R I T E C A P E S S E N D I

S I N E P R A E S I D E

Q V A E E S T

S E R E N I S S I M I E L E C T O R I S S A X O N I A E G R A T I A

A D D I E M X V I I I M A R T I I M D C C X C I I I

H. L. Q. C.

P U B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S A V G V S T V S S C H L O C K W E R D E R

V I T E B E R G A - S A X O

I V R I S V T R I V S Q V E C A N D I D A T V S .

V I T E B E R G A E

L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I I .

